ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 23r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



&is requiem animabus uestris. Inuenies hunc esse qui uere
requiem de omnibus. & liberauit terram de maledicto.
quo maledixit ei dominus deus; huic ergo spirituali noe qui re
quiem dedit hominibus. & tulit peccatum mundi. Dicitur.
facies tibi arcam ex lignis quadratis; uideamus ergo
quae sunt quadrata ligna. Quadratum est quod nulla ua
cillat ex parte. sed quocumque uesteris fidei & solidae
stabilitate consistit. Ista sunt ligna quae omne pondus uel ani
malium intrinsecus uel fluctuum extrinsecus ferunt.
Quos ego arbitror doctores esse in ecclesia. & magistros
atque aemulatores fidei. Qui & populos intrinsecus
positos uerbo commonitionis. & doctrinae gratia con
solantur. & inpugnantibus extrinsecus uel gentibus
uel hereticis. & quaestionum fluctus ac procellas cesta
minum commouentibus. uirtute uerbi ac sapientiae ra
tionis obsistunt. Vis autem uidere quomodo ligna ra
tionabilia nouit scripturae diuinae recenseamus
quid apud ezechielem prophetam dictum est. Et fac
tum est inquit in undecimo anno. testio mense una
die mensis. factum est uerbum domini ad me dicens. Fi
li hominis dic ad pharaonem regem aegypti. & ad
multitudinem eius. Cui te similem facis in exaltatio
ne tua. Ecce assur cypressus in libano speciosus
ramis. & condensus umbraculis. & excelsus in